

## Annales Ecclesiastici Baronii

CHRISTI  
255.CORNELII PAP.  
2.GAL. & VOLUS. IMP.  
2.

II. Hoc ipso anno videtur habita Roma  
Synodus sexaginta Episcoporum aduersus  
Novatianum & alios ejusdem schismatis  
(a) Euseb. festatores; de quo haec Eusebius (a):  
lib.6. cap. Ob quam rem (Novatianum scilicet, quem  
35. Novatum nominat, lapsos a penitentia  
excludentem ) Concilium maximum Romæ  
cogitur; in quo sexaginta Episcopi, atque  
presbyteri totidem atque amplius una  
cum diaconis in unum convenientur. A pa-  
pitoribus etiam separatis per singulas cu-  
jusque regionis provincias, quid de ea re  
agendum esset deliberantibus, colloquia-  
\* al Nova- fiant. A quibus omnibus tandem decerni-  
tum. Novatianum \* ejusque factores tan-  
ta superbia inflatos, & quotquot illius in-  
humanissime & a fraterno charitate alien-  
issimae opinioni assentientur, in eorum  
numero qui erant ab Ecclesia exclusi, ha-  
beri; fratres autem qui casu infelici pro-  
lapsi fuissent, penitentia medicamentis cur-  
rari, & ad sanitatem restituiri. Epistolæ  
quidem Cornelii Episcopi Romani, scriptæ  
ad Fabium Episcopum Ecclesie Antioche-

ne, ad nos pervenerunt, quæ tum Acta  
Concilii Roma habiti, tum quæ ob omni-  
bus in Italia, in Africa, inque aliis lo-  
cis de eo errore decreta erant, evidenter  
declarant: Haec Eusebius.

Idem quoque ait, in extrema parte ep-  
istolæ Cornelii ad Fabium datæ, scripta  
fuisse cetera quæ ejus Synodi essent Acta,  
usque ad nomina Episcoporum qui inter-  
fuerant, ac suscripsissent. Excederunt ea,  
magnæ antiquitatis Ecclesiasticæ detrimento.  
Diversam vero hanc esse Synodum,  
ab illa quam Romæ itidem celebratam  
fuisse diximus, diversa in singulis decre-  
ta sancta declarant; siquidem in illa (ut  
vidimus) iussi fuerant adhuc expectare  
lapsi; in hac autem iudicem admitti juben-  
tur. Quod igitur (ut ait Eusebius) Acta  
hujusmodi postrema Cornelii epistola  
ad Fabium Antiochenum continerentur;  
argumento est, ultimam ad eum fuisse scri-  
ptam, nempe hoc anno, antequam mitte-  
retur (ut dicemus) ipse Cornelius in ex-  
iliū. Aliud quoque Concilium dictum.

Ita.

PAGIUS ve Bucherius publicavit, in quo Gallus cum nu-  
merali nota editur, quam Inscriptio ab Onu-  
phrio libro secundo Fastorum relata, in qua legi-  
gatur: ACTUM. PR. KAL. AUG. IMP.  
DD. NN. GALLO. AUG. III. ET VOLU-  
SIANO. AUG. COSS. His adde, Georgium  
Syncellum scribere: Gallum quendam Ex-  
consulem, & cum eo Volusianum Decii filium mi-  
litum salutant Imperatorem. Gracum habet ~~BEPINAS~~,  
id est, Regem, quod nomen tam Augustis, quam  
Caesaribus datum. Et tamen in loco Volusianus  
Decii filius per errorem dictus.

Baronius Gallum & Volusianum II. Consules  
proponit, atque: Ex antiquis Numismatibus in-  
scriptionibus ambo simul secundum Consulatum ges-  
sifl colliguntur, quibus secundus Consulatus cum  
Tribunitia Potestate secundo repetita ponitur. Ve-  
rum enimvero si argumentum illud ex Numi-  
sum deducatur valeret, sequeretur, Gallum tam  
hoc anno, quam sequenti, quo Tribunitiam Po-  
testatem secundum gesst, & occitus est, Con-  
sulatum ordinarium processisse, quod nullus con-  
cesserit. Contra Pearsonius in Annalibus Cy-  
prianicis Gallum hoc anno secundum Consula-  
tum

II.  
Consules a  
Baroni  
et Pear-  
son  
mio pro-  
prio refe-  
riuntur.

NOTÆ Donianæ Inscriptiones Cl. III. n. 52. pag. 126.

... MIANOVOLUSIANO  
PIO. FEL. AUG. PONT.  
MAX. TRIB. POT. II.  
COS. &c.  
IMP. CAES. C.  
VIBIUSTREBONIANUS  
GALLUS AUG.

In postica: T.R. P. COS. II. &amp; T.R. P. III. COS. II.

Item cum: T.R. P. III. COS. II.

quæ Tribuniciam potestatem quæcum in Treboniani nummis perperam consignatam monuit Duxi-  
par, sive temporis scriptor.

Vetus inscriptio in Historia Genevensi Jacobi Sponii tom. II. pag. 371. postrema editiopis:

IMP. CAES.  
C. VIBIO. TREBONIA  
NO GALLIO RIO FELICI  
AUG. PONTIFICI. MAX.  
TRIB. POT. S. COS. II. P. P.  
C. VIBIO. ANNIO. GALL  
... IANO. VOLUSIANO

Et hic alterum Volusiani nomen demotinus, nempe Annio. Nominis Volusiani in Græcis nummis  
apud Bandurium tom. I. pag. 89. hunc sunt: Imp. Caes. Caius Gandalicus, Finnicus, Galindicus,  
Vendonicus Volusianus Augustus cum Trib. P. II. & COS. II.  
Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Bucherii laterculus: Gallo II. & Volusiano.